



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

26 Corui à Sancto Cuthberto fugati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- sanctum habere allegoricum, & supra in poenam peccati facta fuisse, ut homo ex via, hoc est, per terræ sterilitatem puniretur, Sanctus Thomas 2, 2, q. 76, art. 1, in respons. cap. & ut serpens homini infidiaretur, & perpetua inter ipsos intercederet inimicitia, Gen. 3, cap. 3.
- 23 Deo enim † cæli, terræ, & universorum, quæ in eis sunt, conditori, Genes. cap. 1, cuncta, sive rationalia sint, sive irrationalia, promptè seruiunt, & obediunt, uti omnipotenti. Id simile ple-
rumque præstiterunt sancti homines virtute Dei operantis, qui est mirabilis in sanctis suis, Psalm. 67, in fin. His montes, aquæ, demones, feræ, aliæque universi generis animalia paruisse leguntur. Ac de miris hujusmodi sanctorum operibus plenè passim habentur historiæ, sed illud divinitus speciali prærogativa illis concessum fuisse constat, ut testatur Proph. in d. Psalm. 67. ver. mirabilis Deus &c. & in sacris litteris abundè probatur.
- 24 Iacobus Nisibenus Episcopus † descendens in Persidem, juxta fontem puellæ quadam objecta verecundia, detecto capite detrahitque vestibus impudentibus oculis sanctum virum spectabant: quam rem vir Dei ægrè ferens, volerique divinam virtutem ad tempus pluribus manifestam facere, fonti maledixit, & confestim aquarum cursus exaruit, maledixit etiam puellis, & impudentiarum juventutem immatura canitie punivit: Nam cum res verbum subsequuta esset: capillorum nigredo in candorem mutata est, ita ut puellæ novis arborum plantis similes evaderent, quas verno tempore appropinquante, autumnalibus folijs
languere videmus in Philot. & Majol. de
- admir. nat. reb. coll. 4, §, non semper, pag. mibi 166.
- 25 Cæterum † non valet argumentum ab hominibus peccatoribus ad Deum, aut ad ejus sanctos. Quia est contra regulas dialecticorum argumentari à minori ad majus affirmativè, ut post Bald. in l. conventicula, C. de Episc. & Cler. quem citat tenet Navar. in cons. 30. secundum ultimam impressionem Romanam, num. 1. de poenit. & remiss. tom. 2.
- 26 Sanctis † non solum locustæ, sed etiam quadrupedes, & aves cæli divina virtute parvæ. Corui, quando molestissimi sua garrulitate sancto Cuthberto, & fratribus fuerant in insula Farnæ, jussi abire, omnes ab insula exularunt, sancti viri præcepto obsecuti, & quando ex eis unus ad ejus pedes convolans, velut erroris sui veniam petijt, illi parcens vir sanctus, ut in insula solus ipse degeret cum sociis, permisit: at ille mox evolans, & sociam inventam reducit, & soli in insula ex omni coruorum multitudine permanserunt, fugatis alijs non modo coruis, verum etiam alijs avibus, quæ, aut quieti monachorum, aut frugibus damna inferrent, ut testatur Bed. in vita ejusdem sancti Cuthberti apud Surium, cap. 19. & 29 tom. 2. & idem Majol. eod. lib. colloq. 6. §. sancta, quæ pag. 294. & Deus pavit Heliam per corvos, qui deferebant ei panem, & carnes vesperi, ut 3. Reg. cap. 17. idem Paulo primo eremitæ annonam in deserto ministrarunt, jubente Deo. Hieron. tom. 1. idem, & alijs innumeris Dei cultoribus contigit, quos longum esset recensere.
- 27 Thesauri, † Hierico anathematizati leguntur: sed propter peccatum civium